

et privatim locuti sunt de causa. 6. feria post Magdalenae¹ *Philippus* vocatus est ad *Alphonsum Waldesium*, qui in cancellaria Caesaris non mediocri loco est. Hic dixit Hispaniarum proceres consuluisse Caesari, ut concederetur petentibus utraque species et coniugia sacerdotibus libera permitterentur. Sed legatum cardinalem *Campegium* hactenus noluisse consentire; quid ibi spei sit, Deus novit. Facile potes cogitare, vir optime, Sathanam nunc sua *παρασκευάζει* uti et omnibus artibus hoc agere, ut turbet consilia pacis et omnia, quae possunt tendere et conducere ad salutem rerum² et ecclesiae. Dicitur tamen heri ex urbe venisse nuntius per postam, per quem pontifex significavit Caesari, ut quoquo modo suadere debeat faciendae concordiae in Germania, non facile reiicere ullas tolerabiles condiciones pacis. De apparatu illo, quo Caesar in maiestate sedens cum electoribus vestibus, feuda concedens et solenni et regia ceremonia investiens vasallos principes Pomeraniae et magistrum magnum n. d. *Cronburg* per *Italiam*, *Germaniam* hochmeister etc.³ intelliges ex aliorum literis, nec forsan haec faciunt ad tuum stomachum, qui Italicas pompas multas vidisti, sed tamen forsan non similes. In oratione piorum situm esse omnem et totum exitum comitiorum horum,⁴ tanta est malitia et calliditas Sathanae. Orabis ergo tu et familiam tuam ad orationem tuam⁵ hortaberis, ut Christus contra diabolum triumphet. Diese stund habe ich von großen leuten und von glaubwürdigen gehört, dass abschied dieses reichstags möge darauf stehen, dass solle ein concilium generale ausgeschrieben werden aufs förderlichste. Denn ein generale, sicut nosti Italos, will der papst weder sehen noch hören, mittlerzeit soll es alles wieder restituirt werden in integrum, das ist unmöglich, ungeräumt, ideo orandum. Deus dabit media et vias ac consilia saniora. Me recommendo. Valet in domino. Datum eilens *Augsburg*, freytags nach *Iacobi*. Anno dni 1530.

Grüßet im nahmen d. *Philippi* und von meynetwegen eure tugendsame hausfrau und saget, sie solle nur geduld haben bis aufs concilium,

¹ Das Datum muss falsch sein. fer. 6. p. Magd. wäre der 29. Juli; aber 1) würde Jonas dann hodie schreiben, 2) beweist die Datierung nach Magd., dass das Vorkommnis vor Jacobi (25. Juli) fallen muss, da nach dem Jacobitage eben nach diesem, und nicht mehr nach Magdal. gerechnet wurde. Wahrscheinlich ist der 22. Juli gemeint. Schirrm. S. 512. hat dies übersehen.

² Wahrscheinlich ist *publicarum* ausgefallen.

³ Am 26. Juli, vrgl. Schirrm. S. 414. Jacobs, Urkundenbuch der Deutsch-Ordens-Commende Langeln S. 62 flg. Der Hochmeister heisst Walther v. Cronberg.

⁴ Das verbum fin. fehlt.

⁵ tecum?